



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Sive Eivsdem Historia Ecclesiastica Anglorum, Vitæ Aliquot Sanctorvm, Et
Martyrologium

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Vita Divi Felicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71990](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71990)

mi rubore, humil & tumore perfusum, cuius quidem futuri in eo languoris, & prius cum adhuc communi inter fratres vita degeret, aspicientibus in facie ejus signa patebant. At cum in solitudine remotus minorem corpori cultum, majorem adhiberet continentiam, & quasi diutino carcere inclusus rarius vel fori solis vel aeris uteretur a fluctu, excrevit languor in majus, faciemq; totam tumentem ardore replevit. Timens ergo, ne fortè magnitudine hujusmodi infirmitatis solitariam deserere vitam, & communem necesse esset conversationem repetere, fideli usus est præsumptione, speravitq; se illorum ope curandum, quorum se mansionem tenere, & vitam gaudebat imitari. Mittens enim præfatam partem pellicula in aquam, ipsa aqua lavit faciem suam, statimq; tumor omnis, qui hanc obsederat, & scabies sæda recessit, juxta quod mihi & primo religiosus quidam presbyter hujus monasterii Gyrensis indicavit, qui se vultum illius, & prius tumentem ac deformem nosse, & postea mundatum per fenestram manu palasse referebat: & ipse postmodum Felgildus relictus, altuens, quia res, ita ut presbyter narra verat, esset expleta, & quod ex eo tempore cū inclusus per multa annorum curricula maneret, ut prius immuam ab hujusmodi molestia vultum semper haberet, agente gratia Dei omnipotentis, quæ & in præfenti multos, & in futuro cordis & corporis nostri languores sanare consuevit: satiansque in bonis desiderium nostrum, sua nos in perpetuum misericordia & miseratione coronat.

CVTHBERTI EPISCOPI ET CONFESSORIS VITÆ FINIS.

BEATI FELICIS CONFESSORIS VITA.

FELICISSIMUM beati Felicis triumphum, quem in Nola Campaniæ civitate Domino adjuvante promeruit, Paulinus ejusdem civitatis Episcopus verbis hexametris pulcherrimè ac plenissime descripsit: qui quia metricis potius quam simplicibus sunt habitales lectoribus, placuit nobis ob plurimorum utilitatem eandem sancti confessoris historiam planioribus dilucidare sermonibus, ejusque imitari indultriam, qui martyrium beati Cassiani de metrico opere Prudentis in commune, apertumq; omnibus eloquium transtulit. Igitur Felix natus est in Nola quidem Campaniæ, sed patre Syro, nomine Hermia, qui de oriente Nolam veniens, ibidemq; quasi indigena inhabitans, genuit filium Felicem, eiq; defunctus reliquit hereditatem substantiæ locupletis, cui tamen ipse promissa in celestibus hereditatis dona proposuit, habuit autem & fratrem cognomine sui patris, i. Hermiam, cum quo patrimonium divideret terrenum, qui longè à Felicis moribus agens, atq; adeo felicitate indignus perpetua effectus est. Nam terrena solummodo bona diligere studuit, & Cæsaris potius quam Christi esse miles elegit: at contra, Felix nominis sui mysterium factis exequens, mox à puero se divino famulatu subiecit, & crescente gratia virtutum, primo lectoris officium in Ecclesiâ suscepit, ac post ad exorcistæ gradum promotus, immundos ex oblectis corporibus spiritus ejicere cepit. Cùmq; & in hoc ministerio virtutibus clarus extitisset, non mora condignum meritis presbyterii gradum subiit. Nec minor gradu, mente & opere remansit, sicut & jam adveniens tentationum turbo probavit. Nam tempore eodem exorta infidelium persecutio, gravi Ecclesiam certamine pulsavit: nec tamen portæ mortis portas filia Syon, ab annuntianda laude sui creatoris avertere potuerunt. Cùmq; magistri auctoresq; perfidie, primum suæ vesaniæ conflictum contra ipsos veritatis ac fidei Dominicæ magistros intendissent, primosq; Episcopos vel

presbyteros ecclesiarum ad terrorem minorum, aut morti tradere, aut ad negandam fidem cogere conspirassent: factum est, ut ministri erroris, & infesti furoris, Nolam quoque pervenientes, Episcopum urbis illius nomine Maximum, virum doctrina, pietate atq; ætate venerabilem, ad tormenta quærent: quod ille animadvertens, memor Dominici præcepti, quod dictum est: Cùm vos persecuti fuerint in civitate ista, fugite in aliam: petiit ad tempus secessum loci remotioris, relicto ad tuitionem civitatis Felice presbytero, quem filii loco amplectebatur, atq; hæredem suæ sedis accipere desiderabat. At persecutores ubi Episcopum invenire nequiverunt, nihil morati manus in Felicem mittere contendunt, eumq; primum quasi maximum post Episcopum urbis, arcem à constantia famosa suæ virtutis dejicere, vel blandiendo promissis, vel prenis terrendo satagunt. Comprehensus igitur Felix ab adversariis furentibus, sed ipse multum de interna spiritus sancti consolatione confusus, mittitur in carcerem tenebrarum, manus simul & collum fetrea vincula stringunt: nervo pedes arctantur, fragmenta quoq; testarum subter eum sternebantur, ne inter horrorem, & frigora longæ noctis ligatus, vel somnum, vel requiem capere aliquam, continuo horum acumine compunctus sineretur. Interea Episcopus qui ad montium latibula hostem fugiendo secesserat, & ipse non minore martyrium passione gerebat, quam si ferro victus aut testis superpositus, vel flammis esset datus urentibus. Vrebat namq; animum illius cura maxima sui gregis: urebat & corpus fames, una cum gelidi rigore hyemis, qui intra spineta sine tecto & alimento jacens, noctem una cum die pervigil sollicitis continuabat in precibus. Nec difficile membra senilia, & longis exhausta jejuniis, tanta vis malorum comprimens, ad mortem utique coegit: sed ut superna pietas apertissime, quanta sui cura vir ille dignus esset, ostenderet, mittitur à celo Angelus, qui beatum Felicem Confessorem, vinculis exemptum, ad quærendum, recreandum, ac domi revocandum, Antistitem ocyus venire præciperet. Erant autem plures eodem in carcere clausi, sed Angelus adveniens soli Felici, qui pietatis gratia victus erat, apparuit, lucè splendens corusca, & ipsam quoq; domum gratia lucis adimplens, cujus voce simul & luce Felix motus intremuit. At primū quidem de somnii imagine illud putavit: at Angelus surgere illum, & se sequi exirendo præcepit: qui stupens ad imperium jubentis, causabatur se exire non posse, quia & vinculis & claustris carceris, & custodum diligentia tenebatur. Porro angelus iterata voce surgere illum propter nihil obstitentibus vinculis iussit, & dicto citius catenæ de manibus & collo ejus, & compedes cecidere de pedibus. Duxit autem illum foras miro rerum ordine, aperta sibi quidem janua carceris: sed cæteris clausa, ita ut per ipsos custodes, quibus claudabatur, ignaros rerum iter agerent, ipso angelo inlata columnæ Mosaicæ, & ducatur Felici, & lumen usq; dum hostium manus evaderet, præsentia suæ fulgore præbente. Ut autem pervenit beatus Confessor Felix ad locum deserti, quo Episcopus secesserat, invenit eum agra suspitria tenui flatu trahentem: & quidem gavisus, quod eum viventem invenerat, contristatus verò est multum, quod inventum morti proximum vidit. Itaque amplexus & osculatus est patrem, cepitq; tentare, si forte crebro anhelitu sui oris & sui focu corporis, aliquid caloris posset gelidis ejus artubus afferre. Cum verò laborans, neq; clamando, neque tangendo aliquid sensus vitalis in ejus posset vel animo excitare, vel corpore: sed neque ignem aut alimæntum in proximo, quo eum rigentem ac tabescentem recrearet, haberet: tandem invento salubri consilio, flestit genua sua ad patrem Domini nostri Jesu Christi, suppliciter obsecrans, ut ipse cælitus eum juvaret, quo ministerium pietatis, quod iussus erat erga patrem suum, explere valeret. Nec mora exauditus, vidit pendentem vicinis in sentibus uvam: & illius esse munus agnovit, cui naturarum conditor atque auctor omnium, & aquam de petra produxit arida, & ipsam cum voluit in vinum convertit. Latatusq; multum hoc munere divinæ pietatis, tulit racemum, atq; ad os Episcopi morientis admonuit:

sed quia

sed quia ille strictis dentibus instat mortui, utpote omni sensu & cordis & animæ carens, oblatum sibi gustu prorsus accipere nesciebat, tandem sanctus presbyter Felix felici manuum suarum lactamine aperuit arida ejus labia, & sic ori ejus resoluta uva, quantum potuit succi salutaris infudit. Quo gustato, mox pater sensum & animæ recepit, & corporis aperiuntur oculi, lingua quæ sicca hærebatur faucibus ad loquendum soluta est: & ubi plenè reviviscens Felicem esse, qui ad se querendum venisset, agnovit, pater illum pietate complexus, & quare tam serò veniret conquesit, Vbi inquires, tam diu demoratus es fili? Nam te jam dudum Dominus ad me venturum promiserat. Vides autem, quia si fragilitate victus corporis ad horam cessi, solidam tamen animi fidelis constantiam servavi, sicut etiam loci hujus, ad quem secessi, status indicat. Poteram quidem ad vicum aliquem sive aliam urbem, ubi ab hostibus essem tutus, intrare, si mihi vis, fides, & chara hæc vita fuisset: nunc autem cuncta hominum refugia declinans, ad desertam verò montium confugiens, divinx tantum me gratiæ tuitioni credidi, ut videlicet me ipse quoque modo vel ordine vellet, aut in hac vita conservaret, aut in futuram transferreret. Neque verò me spes quæ in Deum erat, fessellit, sicut tuo manifestè probatur advetu, per quæ ab ipso, ut ita dixerim, limine mortis sum revocatus ad vitam. Unde nate mi, completere festinus ceptum pietatis opus curato, & impositum me humeris domum reportare satage. Quibus dictis Felix celerrimè quod jubebatur, explevit: reviviscens in humeris Anulitem suam ad domum revertit, quam unice servabas anus. In tantum namque Ancites venerabilis à mundi erat: rebus alienatus, ut illi de omni turba domus, & summa census, anus una superesset. Pulsatis ergo foribus hanc suscitavit Felix, surgenti quæ, ac januam aperienti dedit & commendavit Episcopum. Tunc Episcopus pro impenso sibi officio pietatis, beato Felici debitam gratiarum retulit actionem, & imposita capiti ejus dextera, paternam illum benedictione donavit: qui egressus inde, paucis diebus & ipse in domo sua, donec persecutionis turbo cessaret, delituit. Quod dum fieret deseruit latebram, & latatibus de suo adventu civibus sese latum reddidit: ac per omnia digrediens, solabatur & confortabat verbo exhortationis animos singulorum, qui acerbitate præmissæ tempestatis non modicum fuerant conturbati. Nec solum verbo, sed & suo illos docebat exemplo, & prospera mundi, & adversa despiciere, sola æternæ patriæ gaudia querere, solum superni iudicis iram formidare. Rursum mota persecutione queritur Felix, veniuntque hostes usque ad habitaculum ejus, illum ocyus rapere, ac morti tradere sitientes: qui tum fortè ab ædibus suis absens in medio civitatis cum amicis consistebat, sibi solito verbum fidei circumstantibus turbis prædicabat: quem eo loci esse audientes adversarii, mox strictis gladiis adcurrunt: sed pervenientes ad eum, mutato divina provisione aut vultu ipsius, aut corde illorum, nequaquam eum quem optimè noverant, agnoscere valebant. Interrogantibus ergo ipsum, ubi esset Felix: intellexit vir prudens sumus, divinitus actum esse, ne eum cognoscerent, ridensque inquirentibus, Nescio, inquit, Felicem, quem queritis. Nec prorsus fessellit: nemo enim seipsum facie novit: qui statim relinquentes eum, divertunt alio: & quos fortè obvios habebant, interrogabant, ubi esset Felix: è quibus unus causæ prorsus ignarus, & furere eos credens, cepit oburgare eos dementia, qui præsentem non possent cognoscere eum, cum quo loquebantur: pariterque eis quo discederet ille, quem quærebant, ostendit, qui gravius sitientes, statim vestigia beati Felicis insequuntur. At ille ad propinquantes ad se eis, admonitus tumultu præcurrere civitatis, & clamoribus attoniti, adventu hostium vulgi secessit in secretiorem locum: qui nil quidem monumenti firmioris habens, semiviti tantum muri erat fragmine præseptus, sed mox ut vicum Dei recepit, miro divinx manus est opere tutatus: repentino etenim rudere concrevit ibidem agger, qui eundem locum præcluderet: sed & aranea divino nutu, cui omnis creatura deservit, confestim nutantes ipso in loco, telas suspendit: quo cum pervenit-

sent, obstupuerunt hostes, & presso gradu loquebantur mutuo, dicentes, Nonne stultum est nos hunc hominem querendo ingredi, cum liquido appareat, neminem hic præisse: quia si quisquam intrasset, nequaquam hic aranearum fila integra remanerent, quæ etiam muscæ pertumpentes minimè nonnunquam scindere solent. Constat ergo, quia qui huc secessit Felixem dixit, alio fecit, ut nos ab ejus inventione longius abstraheret: ergo recedamus, ac dimittamus hic hominis latebras scrutari, ut ipsa loci facies neminem intrasse præmonstrat: sic delusa sollicitudine querentium, discedunt prope frementes: & non minus quam infelicem rabida mente stidenter, in eum qui se in loca talia suis dolis induxerat, ubi multa claruit sapientia pii conditoris ac protectoris nostri. Certè nonnunquam muri urbiu altissimi ac munitissimi, cives suos obdientibus adversariis produnt, magis quam liberant: & humilem Christum famulum suum persequentibus armatis hostibus, tremulis aranearum calibus inveniri vel capi possit, abscondit, verè ut venerabilis pater Paulinus de his loquens ait, Vbi cumque Christus adest nobis, & aranea murus fiet: cui Christus abest, & murus, aranea fiet. Discesserunt ergo incumbente jam vespera hostes: & Felix illis abeuntibus, liberior alias perit latebras, gaudens de adjutorio divinx protectionis, secumque decantans: Nam est ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Die autem facta, secessit in locum inter ipsa edificiorum testa secretiorem, ubi sex mensibus continuis ab hominum quidem notitia omnium se gregatus, sed divinx præsentia gratia fretus manebat absconditus, videlicet juxta vocem Psalmistæ: In addito vultus ejus à conturbatione hominum: qui etiam miro illum, atque hominibus insulato ordine, tanto temporis spatio pavit. Manebat namque in vicinis ædibus quadam devota Deo mulier, cujus ministerio nescientis, scienter ipse torius scientiæ fons & origo Dominus utebatur, coquebat enim panes mulier, coquebat alias escas in cibaria domus suæ: & facta in excessu eo loci inferebat has, ubi Felix confessor latebat, ibique sumendas illi ponebat, ita ut neque huc se intrasse, neque redisse unquam scire posset: sed præparatas escas domi se credens, ita semper abibat ponendas memor: & posita mox in memoriam escas sic beatum Felicem ferunt: lex, ut dixi, mensibus in eisdem latebris obscuri & angusti recti manente ab humana quidem societate se junctum, & nonnunquam civium superiorum præsentia desertum: & parco nimirum victu, sed cælestis ministravit duxille Felicem, quo tempore perhibetur: à divinx colloquutionis dono sapientis dignus fuisse habitus: hærebatur autem iisdem, in quibus morabatur habitaculis, ciæsterna vetus, de qua ipse in primis potum parvum hauriebat: sed hæc quamvis nimio aëris esset licata calore, non tamen beato Confessori unde viveret, defuit: etenim pius conditor ac provisor salutis nostræ, qui quondam sicco aere cætero, unum solum modo vellus pluvia cælesti perfudit, ipse Confessori silente profusus, & sereno aère, prout opus habebat, oculi rotis gratiam, qua sitiens recrearetur, ministravit. Completo autem hoc tempore, admonitus est oraculo divino procedere de latebris, eo quod jam persecutionis turbo pertransisset: qui ut repentinus apparuit in publico, gratissimè ab omnibus quasi paradiso veniens, susceptus est: cepitque ex tempore fidem confirmare omnium, quæ sævicia tempestatis erat omnium convulsa. Interea Deo dilectus Antistes Maximus longa proventus ætate, diem clausulimum. Nec mora Felix in Episcopatum omnium iudicio eligitur, qui & Confessor invictissimus, & doctor exitit suavissimus: & quæ ore docebat, ipse cuncta opere complevit. Verum Felix ut etiam humilitatis quantà in corde haberet sublimitatem, insinuaret, vereturda se voce ne hunc gradum suscipere deberet, excusavit dicens: Comprobesyterum suum quintum, multo dignius honorem præfati gradus posse subire, eo quod is septem diebus, antequam ipse ad ordinem presbyterii fuisset promotus; quod ita ut postulat, exemplum est: susceptumque Episcopatus officium, ita idem quintus administravit, ut humiliter beatissimo Confes-

fori sub-

fori submissus illum pro se ad populum sermonem facere jubere: & ipse plebem officio, Felix doctrina regeret: qui videlicet Felix cum constantia confessionis, & virtute valde præclarus esset, humilitatis etiam summus voluntaria paupertatis amator exiit. Possederat namque ex paterna hereditate prædia multa, domusque ac divitias plurimas: sed tempore persecutionis proscriptus cuncta amiserat. At vero pace ecclesiis reddita cum posset sua jura repetere, nequaquam ultra volebat: sed amicis suis identibus, ut debita sibi jura repõceret. quæ recepta cum fenore magna mercedis dispergere, ac dare pauperibus posset, nullatenus id facere consentiens, forti sententia suggestiones eorum repõlebat, dicens: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: absit enim ut res, quas causa confessionis perdidisti, repetam: absit ut terrenas opes, quas caelestium bonorum contemplatione semel contempsisti, quasi hæc minus sola sufficiant, ulla ratione repõcam: quin potius pauper spiritui tequar Jesum, quo opulentius regni caelorum dona percipiam: nec dissidendum, quin ille qui me & vinculis tenebrisque diri carceris eripuit, & ab hominibus secretum tanto tempore pavit, etiam cetero vitæ meæ spatium, jactantem in se cogitatum meum, ipse me enutriet. hunc retinens animum beatus Confessor, tria tantum jugera ruris modici, & hæc conductâ, & unum hortulum proprii juris, unde viveret, habuit. Sed hæc utraque ne uno quidem famulo adjunctis, propria manu coluit: fructum autem ejusdem sui messis, vel hortuli aditum cum pauperibus semper communicare gaudebat. Eandem autem & in habitu parvimoniam vitæ beatissimus sectabatur, ita ut simplici tantum vestimento, & qui nunquam vix sibi sufficeret, esset contentus: si quid verò superesset, pauperibus erogaret: si fortè aliunde contigisset, ut geminum haberet indumentum, mox nudum meliore refovit. Tali vivens pietate vitæ & nomine & merito Felix, plenus dierum atque operum bonorum defunctus est: ac viam patrum se curus, æternam est receptus in gloriam, sicut etiam signa quæ in Ecclesia, in qua sepultus est, sunt facta, per plura testantur. Erat enim ibi quidam rusticus pauper rebus, sed fide integer, qui angustiam pauperiem duorum solummodo bouum possessione sustentabat, vel ipse videlicet his utens, vel vicinis utendos, pacta mercede cõmutans: quos cum multa inops cura diligeret, atque servaret, quadam nocte furto ablatos perdidit, at mane factis, cum eos furatos certissime comperisset, amissa omni spe sua qualificationis, vel inventionis petit rapido cursu ecclesiam sancti Felicis, ibidemque adventens, ante fores domus sanctæ prothierit, & fixoque in terram vultu implorat & obsecrat sanctum Felicem, reddere sibi boves, quas perdidit: testatus multum cum lachrymis, nunquam seipsum, si non boves reciperet, exiturum. Quod dum die toto voce quidem rustica, sed fidelissima mente fecisset, superveniente vespera, ejectus est violentia turbæ, & sacris propulsatus ab ædiis: venit autem domum, nec omittit, continuis in lamentis noctem ducere per vigilem, verum quia omnis qui petit accipit, & qui querit, invenit, & pulsanti aperitur: & sicut Psalmista ait, desiderium pauperum exaudivit Dominus: medio noctis tempore cum cæteris hominibus ac rebus omnibus quietis, ipse solus excitante suo dolore, ac paupertate & per vigiliam jaceret: mirum dicitur, venire subito ad ostium ejus boves, quos quærebat, divino videlicet nutu, & prædonibus erepti, ad domum Domini per loca avia inter tenebras noctis errorisque revocati: pulsantesque cornibus ostia ejus, in quo manebat turgurii, jam sese advenisse signabant: sed ille multum tremens, non jam boves suos, sed fures sibi rursus adesse credens, diutius fores aperire tardavit, donec iidem boves, quasi causam Domini tardantis intelligentes, mugitu quoque emissio se esse, qui ad ostia domestica pulsassent, demonstrarent: receptis autem bobus rusticus, non rustice sed doctè ac fideliter agens, festinavit primo manè debitas redditores suo gratias rependere: assumens enim secum boves, venit ad ecclesiam sancti Felicis, omnibus & illo iter faciens, & ibidem perveniens, beneficia quæ à sancto confessore percipisset, latibunda voce replicas, & ostendens: & quia mul-

tum plorans vel inquirendo suos boves, vel in recipiendo præ gaudio oculorum quoque aciem non minimum læserat: & hujus detrimenti solatium à beato Felice quærens accepit: sicque domum rediit, duplici gratiæ caelestis munere repletus. Cumque in honorem ejusdem beati Confessoris, augustior ecclesia fabricaretur, erant in proximo ipsius Ecclesiæ duo rustica ædificia importuna sicut, simul & deformia visu, quæ omne decus Ecclesiæ non parum sua obscuritate fœdabant. Volens autem venerabilis ac Deo dilectus Antistes Paulinus tolli hæc ædificia, & emundari loca, in quibus sita fuerant, postulat eos, ad quorum possessionem pertinebant, hanc beato Felici præbere reverentiam, ut ad illustandum decorandumque locum ecclesiæ ejus privata sua restat pateretur auferri: at illi preces ejus rustica obtinatione spernentes, magis se animas dare, quam suas possessiones relinquere posse dicebant. Cumque Episcopum cæderet rusticos rixâ vincere, victi sunt divini potentis manu: nam nocte quadam quietibus cunctis, subito ignis ex una cellarum earundem exoriens, vicina paulatim ædificia petere cœpit, ita ut magis magisque suis incrementis adauctus, & propè & longè posita habitacula cuncta consumpturus esse videretur. Tunc tantis excitatis fragoribus & globis ignium, cives accurrunt, ut vel incendium, si possent omne aquas fundendo restingerent: vel de suis singuli domibus, quæ possent, igni præcipientes, auferreat. Cumque se nil valere posse conspicerent, cœperunt quærere divinum, ubi humanum cessabat auxilium: advolant ergo duce Episcopo ad Ecclesiam sancti Felicis, sicut genua, supernæ auxilia protectionis implorant: divertunt inde ad Ecclesiam beatorum Apostolorum, quæ contigua erat Ecclesiæ beati Felicis: & inde per intercessionem Apostolicam caelestis præsidii dona flagitantes: ubi postquam oratum est, rediit domum Episcopus, sumptamque de ligno Dominicæ crucis non grandem assulam, misit in medium incendii furentis, statimque immensa illa volumina flammarum, quæ tanta virorum manus, aquas spargendo nequiverat, ipse lignum addendo restinxit: tanta etenim sanctæ crucis erat virtus, ut sese natura relinqueret: & ignis qui omnia solet ligna devorare, ipse ligno Dominicæ passionis velut exultus absumeretur. Vbi verò tempestas tanta sopita, & mane redeunte cives dira noctis opera considerare venerunt, credunt, non parva tantis incendiis damna esse perperos: inventum est autem nihil profus exustum, nisi quod debebat aduri: ex illis etenim domibus duabus, de quibus prædiximus, quas & homines consumere atque auferre dispulerant, unam flammis assumptam videbant. Quo facto multum erubuit rusticus ille, qui sua restat contra decorem sanctorum ædificiorum stolidam obstinatione defenderat, cernens se invitum nulla mercede perdidisse, quæ in gratiam sanctorum sponte volebat amittere, & mox ipse quod igni supererat de ædibus, propria cœpit manu abolere, quatenus ocyssimè omnis circa Ecclesiam beati Confessoris locus congrua sanctis claritate ac luce redderetur insignis: ablata autè omni fœditate ruderum ac fordidum earundem pestabat beatus Antistes Paulinus Ecclesiam quam cœperat ad perfectum deducere: cujus ædificium omne tribus annis perfecit, & in picturis atque beati ornatu suo debito sine conclusit: in qua felicissima beati Felicis vita & passio in æternum memorabilis celebratur, qui die quartadecima mensis Januarii consummato cursu certaminis gloriosè percepit coronam vitæ, quam repromissit Deus diligentibus se.

Explicit liber de Vita & Confessione sancti Felicis, quem ego simul Christi Beda de metrico opere beati Episcopi Paulini simplici sermone transfuli.

SANCTI VEDASTI VITA.

CAPUT I.

*Quomodo vir Dei sanctus Vedastus regi Hluthwico
adjunctus esset.*



IOSTQUAM Deus & Dominus noster
Jesús Christus ovem quæ rere peridi-
tam de cœlis in hunc mundum per
virginalem venerat uterum, & tora
sua dispensationis, & nostra salutis
peracta plenitudine cum triumpho
gloriæ, ad sedem paternæ majestatis
reversus, ut tetricas ignorantia tene-
bras toto depelleret orbe, multa
sanctorum lumina doctorum Evangelicæ prædicationis luce
fulgentia, toto diviserat mundo: ut sicut cœlum fulgenti-
bus ornatur stellis, quæ tamen omnes ab uno illustrantur
sole, sic & lata terrarum spacia sanctis splenderent do-
ctoribus: qui tamen ab æterno sole illuminati, divina præ-
veniente gratia cœcos ignorantia tenebris veræ fidei ful-
gore, & gloriose Christi nomine illustrarent, ut eis mini-
strantibus longa ab initio seculi æsuries æterna vitæ epu-
lis saciaretur. De quorum numero sanctus Dei sacerdos
Vedastus, & prædicator egregius temporibus fortissimi
Regis tunc temporis Francorum Hluthwici, in has divi-
na dirigente gratia, ob multorum salutem pervenit regio-
nes, quatenus superæ pietatis suffultus auxilio, populum
diabolica fraude deceptum, & errorum laqueis captivum
in viam dirigeret salutis æternæ, & veræ quæ in Christo
est, libertati restitueret: sed ut hoc acceptabili secundum
Apostolum fieret tempore, qui ait, Ecce nunc tempus ac-
ceptabile, ecce nunc dies salutis: Dominus Jesus qui vult
omnes homines salvos fieri, competentem suo famulo
prævidebat causam, quomodo opportune ad ministeri-
um verbi Dei pervenire valuisset. Contigit verò præ-
satum Francorum regem Hluthwicum Alamannis bella
inferre, qui tunc temporis regno suo per se potiti sunt: sed
non eos ita offendit imperator, ut voluit. Nam fortissima
collecta manu, regi circa ripas Rheini fluminis obviate-
runt unanimes bellica virtute patriam defendere, vel li-
bera manu pro patria mori, & fortissimè utriusq; decerta-
tum est: hi ne triumphum gloriam, illi ne patriam perderent
libertatem in mutua corruentes caedem. Igitur rex ni-
mio turbatus terrore, dum inimicos vidit fortiter pugna-
re, & suos penè ad internecionem vinci, magis cepit de
salute desperare, quam de victoria sperare: et hinc nescio
voluntate renatus esse in Christo, tamen necessitate co-
gente ad Christi confugit auxilium. Et quia reginam ha-
bit religiofam, baptismique sacramentis iniciatam no-
mine Hluthwilt, oculos cum hac voce ad cœlum levavit. O
Deus unica potestatis, & summæ majestatis, quem regina
Hluthwilt contuetur, & adorat, concede mihi hodiè de
inimicis meis victoriam. Nam ex hac die tu solus mihi
eris Deus, & veneranda potestas: tu mihi triumphum præ-
sta, & ego tibi promitto sempiternum servitium. Mox divi-
na operante pietate terga veterunt Alamanni, victoria
cessit Regi & Francis.

CAPUT II.

*Quomodo Rex festinavit post victoriam ad baptismum, & sibi
sanctum Vedastum socium ascivit, & cujus doctrina
fidei sacramenta suscepit.*

OMnia omnipotentis Dei clementia, & ineffabilis boni-
tas, qui sic audiet, & nunquam derelinquet speran-
tes in se: quinta fide Christiani illius invocare misericor-
diam debent, dum paganus Rex ad unitus precis effectum
tam am promeruit victoriam? Cui ex antiquis hujus di-
vina pietatis auxilium adæquare debemus, qui ob unitus
momenti lachrymas tam celebrem venturo suo servo

contulit triumphum: nisi Ezechia Regi, qui angustia tri-
bulationis una tantummodo petitione promeruit, non so-
lum à præfenti vastatione civitatem superna protegio-
ne defendi, sed etiam in eadem nocte, qua preces in divi-
nas effuderat aures, cenam & octoginta quinque millia
hostium latus & liberatus occidi viderat. Hæc ve. ò victo-
ria, de qua ante diximus, Regi populoque suo causa fuit
salutis æternæ, & ne lucerna, sanctus scilicet Vedastus sub
modio lateret absconditus, sed supra candelabrum positus,
exemplis vel prædicationibus in domo Dei lucens, ab er-
rore idololatriæ, & caligine ignorantia, in viam pluri-
mos educeret veritatis: igitur superatis hostibus, & rebus
in pace compositis, & Alamannis sua subiectis ditioni,
rex ovans, cum laude triumphans, in patriam rediit: & ut
fidelis tantæ sibi gloriæ largitori sponsor appareret, festi-
navit servorum Christi sacra imbui prædicatione, & sancti
baptismatis ablui sacramentis: venitque ad Tullum op-
pidum, ubi sanctum agnovit Vedastum laudabili religio-
ne soli servire Deo, & dulcissimos contemplativæ vitæ
carpere fructus. Hunc verò ad sanctum Remedium Chri-
sti clausum sacerdotem ad Romanam properans civi-
tatem, sibi socium assumpti, quatenus per singulos itine-
ris tui gressus saluberrimis ab eo imberetur doctrinis, &
catholicæ fidei firmis iniciaretur fundamentis, ut parum
fide & virtutum scientia, à tanto pontifice spiritali ablu-
retur lavacro, & ab illo donis cœlestibus confirmaretur,
quod ab ipso prius divina præveniente gratia, Evangelicis
ceptum fuerat prædicationibus. Hic ad fontem vitæ festi-
nantem deducebat Regem, ille in fonte salutis æternæ ve-
nientem abluerebat, ambo propemodum pari pietate pa-
tres: hic doctrina fidei, ille baptismatis unda, utriusq; æter-
no regi, regem temporalem, munus obtulerunt accepta-
bile. Hi sunt duæ olive, duo candelabra lucentia, à qui-
bus Rex præfatus in via Dei eruditus, & à diaboli catenis
erutus miserante Deo, portam perpetuæ lucis ingressus,
cum fortissima gente Francorum credidit Christo: & fa-
cta est gens sancta, populus acquisitionis, ut annuntientur
in eo virtutes illius, qui eos de tenebris vocavit in admi-
rabile lumen suum.

CAPUT III.

*Quomodo præsentia Regis & populi vir Dei Vedastus
cæcum illuminavit.*

SAcra igitur Evangelicæ auctoritatis narrata historia,
Dominum Jesum Hiericho pergentem ad confirman-
da in fidem suæ majestatis corda populi præsentis, cuidam
cæco ad se clamanti, lumen reddidit oculo, ut per
corporale unius illius cæci lumen, spiritaliter multorum
illuminarentur pectora: ita & Vedastus sanctus, Deo Chri-
sto donante per cujusdam illuminationem cæci fidem,
quam verbo prædicavit in corde Regis miraculo confir-
mavit: ut Rex ipse intelligeret, tam sibi esse necessarium
cordis lumen, quam cæco oculorum illustrationem: &
quod divina operata est gratia, per preces famuli sui in
oculis cæca nocte castigatus, hoc per sermones ejusdem fa-
muli, eadem operante potentia, per spiritalis intelligen-
tiam lucis in suo pectore perficeretur. Nam regia excel-
lencia condigno comitatu cum multitudine maxima po-
puli inter agentibus illis, venerunt in quandam pagum, qui
incolarum terræ illius consuetudine Vungispagus dicitur,
propè Reguliacam villam, quæ sita est super flo-
rigeras Axaræ fluminis ripas: & ecce ejusdem pontem
Rege transeunte, cum multitudine populi, obviavit il-
lis cæcus quidam hujus diutissimi solaris expertus luminis,
fortè nec sui cæcatus culpa, sed ut manifestarentur opera
Dei in illo, & per illius illuminationem præsentem plu-
rimorum illuminarentur corda spiritaliter: qui cum
intellexisset à prætereuntibus sanctum Vedastum Chri-
sti servum in eodem iter agere comitatu, clamavit, Sancte
& dilecte Deo Vedaste, miserere mei: & supernam pio pe-
ctore diligentius deposce potentiam, ut meæ subveniat
miseria: non aurum posco, nec argentum, sed ut mihi lu-

men per